

rius laicum. ubi Abb. de foro compet. & tradit Cur. in tract. de consuetud. num. 237. Quod verò ait Alex. esse alienum sine numero quinque, vel septem testium. Ego intelligo esse alienum, non quod ei omnino aduerferur, sed esse remotum, hoc est, esse ultra ius diuinum, id quod ita explicio. Lex diuina dixit, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Non negat diuina hæc lex, quin veritas multo magis sit in ore quatuor quinque, sex & septem, quam in ore duorum, vel trium. Illud quidem negat, veritatem esse in ore vnus tantum. Et hoc illud est, quod dicere voluit rex. capit. quod in vniuersis, de testibus dicens. Quod licet quædam sint causæ, quæ plures quam duos testes exigant, nulla tamen est causa, quæ vnus testimonio terminetur. Testimonium ergo vnus non sufficit. Duorum verò regulariter sufficit, & hoc quidem secundum legem ipsam diuinam, quæ sinceritatem hominum adesse præsupponit. At ubi fraudis, & malitiæ suspicio esse potest, non prohibet lex diuina, quin legum latores sancire valeant maiorem testium numerum adhiberi oportere pro rei, & negocij qualitate. Alioqui sequeretur, malè fuisse constitutum à Syluestro in c. præsul. 2. q. 5. ingētem illum numerum septuaginta duorum, vel sexaginta quatuor, vel viginti septem testium, requiriti in damnando accusato Cardinali. Id quod constitutum est ob summam Cardinalatus dignitatem. Et huius rei triplicem rationem considerauit Diuus Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. in fine. Illud etiam sequeretur, quod malè ab eodem Alex. esset sancitum in illo ipso capi. cum esses, quod in testamentis adhibeatur duo testes, ac etiam parochus. Nā duo sufficerent, vel si tres, necessaria non esset qualitas illa, quæ ille tertius sit parochus. Ita considerat in specie Fortunius in tract. de vlt. sine. illatione 15. & Didac. in d. c. cum esses. n. 3. Qui quidem ita hanc constitutionem Alexandri interpretantur, sicuti & eam sic intellexit Dom. Soto li. 4. de iustitia & iure. q. 5. art. 3. colum. vlt. Non tamen (vt dicam ingenue quod sentio pace sapientissimi illius viri,) multū mihi probatur, quod scripte præcitato in loco Didac. Non reprobare Pontificē illum iuris ciuilibus consuetudinem ex eo, quod contraria sit legi diuinæ. Sed quod repugnet consuetudini ecclesiasticæ, quæ iuxta legem diuinā ita statuit, vt testamentum confici valeat, tribus testibus tantum adhibitis. Nam verius mihi videtur asseruisse Alexandrum legem seu consuetudinem illam Hostiensium, esse alienam à diuina lege, alienam etiam à patrum institutis, ac denique tertio esse alienam à consuetudine generali ecclesiæ, quæ permittit esse testamenta posse confici duobus testibus tantum, & parochio adhibitis. Est ergo vt dicamus (vt iam admonui) alienam esse legem ciuilem à lege diuina, id est remotam, & quodammodo extraneam, ac ultra illā. Et id quidem inspecta hominum sinceritate, quam quidem sinceritatem cum ad fraudem, & malitiam verlam viderent Imperatores, iure potuerunt statuere, testamentato adhibendos esse quinque vel septem testes. Nec has Imperatorum leges abrogauit Alex. sua hac constitutione, qua suis tantum providere voluit.

Quintò huic sententiæ suffragari videtur rex. c. quod sicut. de elect. quo loci Inn. statuit electionem quæ iuri naturæ consentit, licet non seruentur iuris solennitates, tenere. Ita ergo valet testamentum, & similis actus secundum ius naturæ, etsi solennitates obseruata non fuerint. Ceterum facile respondetur, vt rectè animaduertit Dom. Soto. lib. 4. de iust. & iure. q. 5. art. 3. col. pen. Innocentium non loqui, quando electio nulla est iure positio, sed ubi est infirmata, si in iudicium deferretur. Exemplum ibi adfert, vt si aliquis electorum ex contemptu non fuisset vocatus. Nam tunc si electio fit à maiori parte, illo connumerato, tenet iure tam humano quam naturali. Et si ille elector contemptus agere possit ad infir-

mandam electionem. Hoc sanè in casu electus ille tutus est in conscientia, donec electio illa infringatur ac annulletur. Quamuis ergo electio illa iure naturali inspecto valeat, infringi tamen à iure positio, humanoque potest. Nec quidem vrget quod dicebat Abb. in d. c. quod sicut, quod quæ ius civile aliquid disponit contra ius naturale, standum est iuri naturali. Non in quæ vrget, cū dispositio hæc non sit contra ius naturæ, sed eius moderatio ex iustis causis, ne scilicet fraudes, & falsitates committantur. Et quod dicimus legem positivā non posse infirmare ius naturale, procedit quoad ipsum ius naturale, in specie primis ipsius suis principijs, non autem conclusiones ab eis deductas, vt declarat D. Thomas 1. 2. q. 94. art. 5. Card. de Turrecremata in c. ius civile. n. 4. dist. 1. quos secutus sum in consil. 100. num. 90. Nō hic referam reliqua argumēta, quæ scio esse permulta, relata, & confutata à præcitato Marco Solone in dic. 5. p. legis tertiæ, à n. 1461. vsque ad 1473.

His constat veram esse hanc sententiā, testamentū quod est nullum de iure ciuili, ob solennitates non obseruatas, non etiam obseruari oportere in foro animæ, & de iure naturali, & propterea institutum hæredem, vel legatariū non posse retinere, vel consequi legatum aut hæreditatē, aduersus successores ab intestato, eis scilicet repugnātib, & contradicentibus. Ex quibus multa possunt inferri vnā cum Didac. in d. c. cum esses. in num. 10. de testa. Et primo errasse Abb. in d. cap. cum esses. in 9. not. cum dixit, agentem contra testamentum ea sola ratione, quod careat solennitate iuris ciuilibus, mortaliter peccare. Errauit sanè Abbas cum ex prædictis constet esse verius, agentem hunc non peccare, nec quidem venialiter, sicuti aduersus Abbatem scripsit Ias. in repet. d. l. nemo potest, numer. 102. de leg. 1. & in consil. 67. col. pen. lib. 3. & Didac. præcitato in loco, qui idem esse censuit etiam, quādo agens certè scit eam fuisse voluntatem testatoris, reiecta opinione Ripæ in d. l. nemo potest, numer. 101. Nec mea quidem opinio, vrget consideratio Ripæ, cum dixit, quod ille qui venit contra voluntatem testatoris, mortaliter peccat, vt ait Abb. in ca. cum omnes, col. 4. de testat. Et quia tunc conscientia est læsa. Et qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Ita gl. in ca. inter hæc. 33. q. 2. Nam facile respondetur, quod ille, qui non obtemperat voluntati testatoris minus solenni, non peccat, cum quæ illa non sit voluntas, ex quo lex eā hēt pro non voluntate, dum eam annullat. Ex quo sequitur falsum esse, quod ille, qui scit talem fuisse testatoris voluntatem, habet conscientiam læsam. Non enim habet læsam conscientiam si iure existimat, se non teneri. Et, si dubitaret, & propterea haberet conscientiam scrupulosam, eam deponere potest, c. per tuas, de sim.

Inferitur secundo, quod ille qui possidet bona testatoris titulo minus solennis voluntatis, tenetur, (si modo ad id conuentus fuerit,) restituere in foro, & iudicio animæ, legitimis hæredibus, quamuis non dubitet de libertate, & spontanea testantis voluntate. Ita intelligo Didacum in d. c. cum esses, n. 10. vers. secundo inferitur. Cuius vera traditio conciliari potest cum illa Alexan. Ripæ & aliorum, vt d. loquatur Didacus (vt dixi) quando ille possessor fuit requisitus, vel conuentus, vt restituat. Alexander verò, & sequaces loquuntur, quando is possessor non fuit requisitus restituere, cum sua ipsa spontè restituere non teneatur. Inferitur tertio, possidentem rem legatam in minus solenni testamento, non solum in iudicio animæ, & sic in foro conscientie, sed nec in iudicio temporali vti possidere retentionis, aduersus hæredes ab intestato venientes. Quod intelligo legitimis ipsius hæredibus potentibus rem legatam debere restituere, in foro conscientie seruari id oportere, ex iam dictis manifestum est. Ita in foro temporali hac retentione vti non posse, probat l. si creditoris. C. de fideicom. ex illo verbo

bo solemniter ducto argumento à sensu contrario. Sicuti interpretari voluit Didac. in d. c. cum esses. n. 10. vers. 3. ex hoc. Nec obstant considerationes Bar. Imolæ, Alexand. & Iasonis in d. l. nemo potest, de leg. 1. ubi sanè Ias. in l. lectura nu. 70. & in 2. nu. 94. & idem Ias. in d. l. si creditoris, num. 10. qui dixerunt, imò possidentem posse vti retentione, atque exceptione in foro ipso exteriori. Nam quod dicitur ex æquitate quadam natam esse naturalem obligationem, quæ exceptionem, & retentionem operatur, est falsum, quando quidē tunc demum quæ equitas operatur suos effectus, quando est à lege approbata, vt tradunt Ias. in l. placuit, nu. 5. C. de iud. Barb. in consil. 16. num. 4. lib. 1.

Et supra demonstraui ex testamento minus solenni, non oriri naturalem obligationem. Cum verè testamentum dicatur nullum, & perinde sit, ac si nunquam fuisset confectum, l. vlt. C. fam. ercic. & l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de test. Nec repugnat quod dicebat Ias. in d. l. nemo potest, l. lectura, num. 70. in fine. magnam extare differentiam, quod actus sit verè nullus, vel habeatur pro nullo. Nam responderur, quod quo ad iuris dispositionem, nulla est differentia, sicuti ipsemet Bart. in l. si maritus. §. legis. ff. ad l. Iul. de adult. à Iasone allegatus docuit. Et idem Bart. in d. l. si is, qui pro emptore, num. 30. ff. de vlt. & responderunt Socin. Sen. in consil. 62. nu. 6. lib. 4. & Soc. Iun. in consil. 63. nu. 4. lib. 3. & Curt. Iun. in consil. 55. num. 11.

Inferitur quarto hæredes scriptos in testamento minus solenni, non posse vti iure retentionis, sicuti nec legatarium vti posse diximus, repugnante hærede ab intestato veniente. Ita sanè de hæreditate censuerunt Baldus, Angelus, & Alex. quos commemorat, & cōem dicit Ias. in d. l. nemo potest. in l. lect. num. 65. & ibidem Ripa nu. 102. Cum dixit communem esse opinionem, quod naturaliter debita non sit, sicuti supra diximus. Et hanc communem probauit Didac. d. c. cum esses. nu. 10. vers. 5. multo minus, reiecta opinione Iasonis dissentientis. Ex hoc etiam sequitur esse falsum (vt rectè & prudenter aduertit Didac. præcitato loco vers. 6. non possum) quod scripserunt Alex. in d. l. nemo potest, nu. 23. Ripa nu. 99. & Tirac. de legibus. connub. in gl. 2. nu. 24. hæredē scriptum quod in testamento minus solenni, tutum esse in foro conscientie, si hæreditatem possideat & retineat. Est sanè hoc falsum, & dictis supra repugnat, quia si nulla ex eo testamento orta est naturalis obligatio, quo fieri potest modo, vt locus sit retentioni? Eo tamen casu defendi potest Alex. & sequacium opinio, cum legatarius retinet non contradicente hærede, vel eo non petente.

Inferitur quinto errasse eos, qui scripserunt legatarium, qui rem legatam in minus solenni testamento consequi non potest, iuste posse eam furto subtrahere. Quæ quidem in opinione fuerunt Bal. in l. 1. col. 2. C. de test. & ibidem Ias. num. 7. & idem Ias. in l. cum quis. num. 14. C. de iuris & facti ignor.

Errarunt sanè ij interpretes, sicuti rectè animaduertit Didac. in d. c. cum esses. nu. 10. vers. 7. ex his. & Marcus Solon in sapius allegatis cōmentarijs ad leges Taurinas in 5. part. legis tertiæ, nu. 1496. Nam falsum est illorum fundamentum, cum dixerunt hunc legatarium furto posse subtrahere, quia res ista legata sibi debebatur naturali ex obligatione. Est sanè falsum hoc, quod res ista legata sit sibi debita naturaliter. Si enim debita esset, vtique procederet traditio Baldi, & Iasonis, sicuti permittitur verò rei domino, rem suam quæ furto consequi, quando alia via obtinere eam non potest, quemadmodum tradunt multi commemorati à Didaco lib. 4. variat. refol. c. 2. num. 15. Quo autem in casu permittitur sit rem sibi debitam furto subtrahere, declarat Marcus Solon præcitato in loco.

Inferitur sexto falsum esse, quod scripserunt Ias. in d.

l. cum quis, num. 15. C. de iuris & facti ignor. Ripa in d. l. nemo potest, nu. 98. de leg. 1. & Alc. in c. nouit, nu. 47. de iud. post Abbatem in c. cum esses, col. 4. de testam. legatarium quod in testamento minus solenni factum est legatum, posse aduersus hæredes ab intestato succedentes, vt denunciatione euangelica: Quo in errore fuerit etiam Corn. in consil. 119. num. 36. lib. 2. & Alc. in fine respons. 724. Est sanè falsa traditio hæc, sicuti optime post Bal. in d. l. cum quis. C. de iuris & facti ignor. scripsit Didac. in d. c. cum esses. num. 10. vers. 8. constat. Nam cum verè nil illi legatario debeat, vt nec quidem naturalis obligatio fuerit causata, sequitur etiam non esse locum denunciationis euangelicæ.

Inferitur septimò fallam quoque esse opinionem eorum, qui scripserunt, mulierem, vel minorem, qui contraxerunt non adhibitis solennitatibus à statuto requisitis, teneri in foro conscientie, & facti ignor. si obseruationem. Quam quidem opinionem probarunt multi congesti à Tiraquello de legibus connub. in gl. 2. num. 20. & illis addo Boer. q. 5. num. 13. Est sanè falsa horum opinio, vt rectè scripsit Didac. in c. peccatum. par. 2. §. 3. in fin. de reg. iur. in 6.

Inferitur octauò, quod stante statuto prohibente maritum posse legare vxori. (Est sanè statutum conditum ob præsumptam fraudem mulierum, quæ maritos blanditijs alliciunt ad sibi relinquendum) si constat maritum verè sua spontè reliquisse. Attamen quod mulier inuitis & reluctantibus succedentibus ab intestato, vel hæredibus scriptis retinere non potest. Cum illa testatoris dispositio legi repugnet. Ita Petrus Pechius in tract. de cōiugum, lib. 4. ca. vlt. & Lancellot. Gallia in comment. ad statutum Alexandriæ, in verbo, Non possit. q. 14. nu. 22.

Inferitur nonò, veram esse sententiam illorum, qui affirmarunt, in foro conscientie obseruari posse opinionem illam, quæ per expressam substitutionem pupillarem mater excludatur etiam à legitima bonorum filij, vt tradunt multi commemorati à Didaco in c. cum esses, num. 11. de testam. & illis accedit Rim. Iun. in l. precibus nu. 131. & nu. 142. C. e impub. & alijs substit.

Est enim sic iure Pontificio diffinitum in c. 1. §. vlt. de testam. in 6. expressam pupillarem substitutionem excludere matrem etiam à legitima filij. Quæ sanè iuris pontificij constitutio etiam in foro conscientie seruari debet, cum canones editi fuerint spiritu sancto cooperante, c. si quis Diaconus. distin. 50. Et accedit, quod ille non dicitur peccare, qui canonis fuctoritate aliquid facit. c. qui peccat, 23. q. 4. & rursus lex ipsa humana ab æterna per naturalem deriuatur, vt habetur Prouerb. c. 8. per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. Hæc sanè postrema verba, & legum conditores iusta decernunt, designant prudentiam, quia legislator legem fert, & executioni mādatur. Quibus intelligimus malè sensisse Archid. in d. c. 1. de test. in 6. & ibid. Francum, sic & Corneum, Decium, Cur. iuniorum, & Sapiam, in d. l. precibus, qui dixerunt, matrem hanc excludi à legitima in foro conscientie. Quorum rationibus, & argumentis satisfaciunt prædicti interpretes à Didaco congesti, & satis diligenter Rim. præcitato in loco.

Præsumptio quæ & quando efficiat, vs deferri possit iuramentum litis decisiuum?

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum iudiciale, decisiuum litis, vt à patre deferri possit, præsumptio sufficit.
- 2 Iuramentum iudiciale reus iuste recusare potest, vel illud deferre.
- 3 Iuramentum iudiciale deferre potest actor solam iuris præsumptionem pro se habens.
- 4 Præsumptio iuris ubi adest, dicitur adesse liquidissima probatio.

QVÆSTIO LXXXI.

**Q**VAERO octuagesimo primo, an præsumptio sufficiat, ut deferri possit iuramentum à parte parti, ad litem decisionem, quod iudiciale appellamus? Et sufficere existimant Spec. & alij, quos infra commemorabimus. Verum quo facilius hæc quæstio explicetur, illud prius sciendum est, difficilem admodum, & dubiam esse illam Doctorum disputationem, an reus recusare possit suscipere iuramentum sibi delatum ab actore, vel illud referre, si actor nil probavit. Qua quidem in disputatione recepta magis opinio est, quod reus ꝑ possit iuste recusare iuramentum, vel illud referre. Ita Spec. in tit. de iuramenti delatione. Bal. in l. 2. ff. de iureiur. Abb. in c. vlt. in princ. num. 6. & §. 1. num. 1. de iureiur. Castr. in l. vlt. col. 1. C. de fideiç. Caccialup. in l. manifestè turpitudinis. de iureiur. Soc. Sen. in conf. 184. lib. 2. vbi ait, idem sensisse Io. And. & Franc. de Albergotis. idem scripserunt Marfil. in l. de minore. S. tormenta. num. 4. ff. de quæst. & in sing. 83. Io. de Selua in tract. de iureiur. p. 3. q. 2. Crauer. in conf. 207. num. 4. & Narrat. in conf. 35. nu. 3. lib. 1. Et hæc videtur magis recepta opinio, & si ab ea dissentiant Iacob. de Arena in l. bonæ fidei. C. de rebus cred. & iureiur. Alber. Castr. Alex. & Ias. in d. l. manifestè. & ibidem Purpur. num. 11. in fi. qui scripsit hanc esse veriorē & tutiorē, & si eo loci Curt. Jun. nu. 9. ambigat. Eandem affirmant Dec. in c. 2. in 3. notab. de probat. & ibidem recentiores in annota. Et hanc observasse consilium Burdegalense asseruit Boer. q. 95. num. 6.

Dubitatio modò hic versatur, an actor ille satis dicatur de iure suo probasse, si solam iuris præsumptionem habet pro se, ꝑ vt deferre possit hoc iuramentum? Et sufficere hanc præsumptionem iuris, senserunt Spec. in tit. de iuramenti delatione, num. 4. vers. si autem actor, ibi, nisi aliquid sit probatum, vel præsumptum. Et apertius Abb. in d. c. vlt. §. vlt. nu. 8. de iureiur. Socin. Sen. in consil. 184. col. 1. lib. 1. Ioan. de Selua in tract. de iureiur. par. 3. quæst. 2. num. 3. & nu. 4. Marfil. in d. sing. 83. Quæ sanè sententia probatur primò in d. c. vlt. §. vlt. de iureiuran. ibi præsumptione verò faciēte pro illo, & c. Secundò accedit ratio, quia cessat hoc in casu illa iuris regula, quæ impedit hanc iuramēti delationem, nempe quod actore non probante reus debeat absolui, iuxta l. qui accusare. C. de eden. Nam cum pro actore extat præsumptio iuris, cessat regula illa, vt tradunt gl. in c. 1. in verbo, actore, vt eccles. bene. sine diminu. confer. Bald. in d. l. qui accusare. col. 2. vers. secundo fallit. & ibidem Ias. col. vlt. vers. & inter cæteras. & Purpur. num. 20. Præterea & tertio accedit, quod vbi adest iuris ꝑ præsumptio, ibi dicitur adeste liquidissima probatio, licet Imperator. de legat. 1. & scripsimus supra. Satis ergo dicitur actor probasse suam intentionem, vt locus sit huic iuramento.

*Præsumptio quæ sufficiat, ut deferri possit iuramentum in supplementum probationis?*

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum suppletorium, sola præsumptione iuris extante, pro maiori firmitate potest deferri.
- 2 Testis reddens rationem testimonij, quia vicinus, præsumptione iuris probat.
- 3 Iuramentum suppletorium non deferretur, vbi præsumptio iuris leuis est.
- 4 Iuramentum suppletorium deferri actori ob præsumptionem, de qua id intelligendum.
- 5 Testi quem iurasse non constat, quando fides tamen adhibeat.
- 6 Iuramentum suppletorium deferri actori ob præsumptionem hominis vehementem.

QVÆSTIO LXXXII.

**Q**VAERO octuagesimo secundo, quæ præsumptio sufficiat vt deferri possit iuramentum in supplementum probationum? Hic disputandum nõ est, de illa præsumptione, quam iuris & de iure appellamus. Quandoquidem suppletione illa aliqua nõ indiget, cum sit probatio probata, ac omninò liquida, vt iam suis locis scripsimus. Dubitari quidè probabiliter potest, de præsumptione, quæ iuris solus est. Verum quæ eam lex pro probatione habet, vt quia non leuis est, dicendum pariter est, non esse omninò necessarium iuramentum hoc suppletivum, ꝑ poterit tamen pro maiori firmitate, & cautela deferri. Quocirca rectè docuit Dec. in l. in prima lectura, nu. 19. in fi. & in tertia. nu. 70. ff. de reb. cred. si cert. petat. q. si testis ꝑ reddit rōnem sui testimonij, quo dixit, se scire, quia vicinus, præsumptivè probat, præsumptione. si iuris, & ideo deferri potest iuramentum actori in supplementum probationis; & eo loci idem scripsit Iacob. Niger. nu. 50. & Purpur. nu. 114. Quorum traditiones intelligo procedere ad maiorem cautelam, aliàs necessarium non est hoc iuramentum, si ipsa iuris præsumptio stat solida & inconcussa. Si verò iuris præsumptio levis est, tunc non deferretur ꝑ iuramentum in supplementum, cum non sit semiplenè probatum. Ita scribunt gl. in l. 3. §. 1. in verbo, leuior. ff. de minor. & ibi Angel. & Alber. in l. si duo patroni. in princ. & ibidem Ias. nu. 5. ff. de iureiur. Caccialup. in l. admonendi, nu. 158. & ibidem Rom. nu. 87. qui ita explicat, & ibi Ias. in repet. nu. 83. Curt. Sen. num. 256. ff. de iureiur. Grat. conf. 110. nu. 19. lib. 2. Curt. Sen. conf. 78. Domin. Franceschina. col. 4. vers. & benefacit. Marfil. sing. 83. Et clarè idem scripsit Crauer. in tract. de antiq. tēp. 1. 1. particula primæ partis principalis, nu. 28. qui ita de tenui iuris præsumptione, quam aliqui qualè qualem appellant, loquitur. Quocirca quod respondit Rom. in conf. 91. num. 10. semiplenam illam probationem, ob quam deferretur hoc iuramentum suppletivum, non sufficere, si præsumptivè tantum fuit probata, hoc sanè intelligitur, quando est levis præsumptio, sic etiam declarari potest doctrina Bar. in l. admonendi, num. 57. vers. his præmissis. ff. de iureiur. Cum docuit, iuramentum hoc suppletivum deferri actori, pro quo est præsumptio, intelligi ꝑ debet, de præsumptione vehementi, non autem de levi. Nam & ipsemet Bart. ibi negat, suspicionem sufficere, vt hoc iuramentum deferatur, quæ sanè suspicio non differt à levi præsumptione.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando iam præsumptio hæc tenuis, anti qua esset. Nam tunc tantum est effectus, vt deferri possit iuramentum in supplementum. Ita scripsit Bart. in l. admonendi, num. 43. ff. de iureiur. Cum dixit, quod etsi nulla fides adhibeat testi ꝑ quem iurasse non constat, attamen quando antiquitas examinationis concurrat, semiplenè probat, & ob id deferretur iuramentum in supplementum. Bartolum secuti sunt Butrius, Abbas, & Angel. quos recentet Ias. in d. l. si duo patroni. in princ. num. 5. ff. de iureiur. Idem Ias. in repet. d. l. admonendi, num. 200.

Declaratur secundo hic casus, vt non procedat, quando duæ præsumptiones, etsi tenues concurrerent. Nam tunc deferri potest iuramentum in supplementum probationum, cum semiplenè probent, ita declarat Ias. in d. l. si duo patroni. in princ. nu. 5. in fin. ff. de iureiur. ex sententia gl. in l. 2. §. 2. ar. ff. de excusat. tut. quam Bal. & alij relati à Iasone commendant, & alios infr. recentet.

Tertius est casus, cum agitur de præsumptione ꝑ hominis, si vehemens est, deferri poterit iuramentum in supplementum, cum magna alioqui sit eius vis, vt dictum fuit supra quæst. 77. & hoc in casu intelligi potest Angel. in §. si quis igitur, in fin. in authent. de instr. cant. & si de,

de, cum dixit coniecturam facere semiplenam probationem, & ideo iuramentum in supplementum posse deferri. Erravit quidem in eo Angelus dū dixit, quod omnis coniectura etiam semiplena probat, vt errorem hunc etiam notavit Cur. Senior in l. admonendi, nu. 289. ff. de iureiur. Non tamen erravit, cum sensit iuramentum deferri, cum ea extat coniectura, quæ semiplenam probationem facit. Idem sensit Bald. in rubr. de controuersia inuestitura, nu. 1. Idem sensit idem Bald. in authent. sed nouo iure, nu. 2. C. si cert. pet. Rom. in d. l. admonendi, nu. 87. ex c. tam literis, de testibus. Et declarat Rom. vbi supra, non procedere in causa ciuili ciuilitè mota, ibidem Ias. in repet. nu. 82. Idem conf. 129. in fi. lib. 1. Si verò hæc præsumptio tenuis est, non deferretur. Ita intelligi & declarari potest Bald. in l. in bonæ fidei, col. 2. vers. secundo modo. C. de reb. cred. & iureiurando, cum dixit, quod quando iudex coniecturam de re aliqua fecit, id est, cæpit dubitare, & indicium habere, non deferretur iuramentum, rectè loquitur Baldus, quia hæc leuis præsumptio, quam coniecturam & indicium ille appellat, non facit semiplenam probationem. Ita etiam de sola vna coniectura, & solo iudicio (inter hæc enim non constituit ille differentiam) docuit Cur. Sen. in d. l. admonendi, num. 288. ff. de iureiur. atque intelligi & declarari potest Angel. in §. si verò vsus fructus, in fine. in authent. de nupt. cum scripsit, iuramentum in supplementum non deferri, nisi semiplenè est probatum, & ideo indicium, quod (ait ille) est minus quam semiplena probatio, non sufficit, loquitur Angel. de iudicio propriè, id est, tenui præsumptione. Ita à repugnantia potest defendi Angel.

Declaratur hic casus, vt non procedat, quando plures extant coniecturæ simul, ita loquitur Bal. in l. si fundum, in fi. C. de rei vindicatio. cum scribit, quod si quis vult probare, quot fructus ex prædio percipere potuit, probando quod ager fuit cultus, & quod communiter tot fructus ex similibus agris percipi solent, cum concurrant hæc coniecturæ, iuramentum in supplementum potest deferri. idem scripsit Cur. Senior in d. l. admonendi, num. 209. in fine. de iureiurando. ex sententia gl. in l. 2. §. 2. ar. ff. de excusat. tutor. in l. instrumenta. C. de probatio. & in c. tertio loco, extra eodem, de probatio. & in c. vlt. de success. ab intestat. Et si ex pluribus coniecturis ferri potest pro aliquo sententia, vt dicemus infr. q. 94. multò magis deferri potest hoc iuramentum, in supplementum probationum.

*Præsumptio, quæ & quando impediatur deferri iuramentum suppletorium aduersario, qui plenè, vel semiplenè probauit.*

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptione iuris sola vel hominis superueniente, contra eum qui semiplenè probauit, non potest deferri iuramentum suppletorium.
  - 2 Probationes multum euidentes requiri contra officiales.
  - 3 Dolus alicuius probare volenti, non deferretur iuramentum suppletorium.
  - 4 Notario attestanti de errore, non deferretur iuramentum suppletorium.
  - 5 Instrumentum debiti, repertum penes debitorem facit presumi debitum solutum, non tamen deferretur iuramentum suppletorium.
- Tortura minus sufficiens non purgat omnia iudicia, existentia contra eum.

QVÆSTIO LXXXIII.

**Q**VAERO octuagesimo tertio, è conuerso ad præcedentem quæstionē, an præsumptio ꝑ impediatur deferri iuramentum aduersario, qui vel plenè, vel semiplenè ita probauit, vt deferri alias ei potuerit? Hac in re dicendum est, quod quando quis semiplenè probauit, & ei contraria superuenit præsumptio (intelligo hic de præsumptione, vel iuris, vel hominis, illa enim iuris, & de iure omninò excluderet,) non potest ei deferri iuramentum in supplementum probationum, ita scribunt gl. in l. vlt. in verbo præsumptioni, & ibi Bar. col. vlt. dicit singularem. ff. quod metus causa. idem Bald. in l. 1. num. 5. & 6. C. qui & aduersus quos. & in l. in bonæ fidei, col. 1. in 3. oppos. C. de reb. cred. & iureiur. Caccialup. in l. admonendi, num. 139. & num. 143. & ibidem Ptolomæus nu. 39. ff. de iureiur. Abb. in c. vlt. §. 1. num. 9. de iureiur. Rom. conf. 91. nu. 10. & conf. 481. in fi. Marfil. in l. maritus, nu. 49. de quæstio. in rubr. C. de probat. num. 111. & in praxi crimin. §. diligenter, nu. 3. & sing. 197. & conf. 85. nu. 37. Maran. in praxi iudiciorum, in 9. actu qui in iudicio emergit. vers. 5. & Boer. q. 95. num. 7.

Hinc egregiè docuit Angel. in l. vlt. C. vbi de crim. agi oportet, quod quæ agitur contra magistratum, tpe Syndicatus, & contra eum semiplena probatio facta est, nõ deferretur iuramentum in supplementum. Angel. secutus est Ptolomæus in l. admonendi, nu. 48. vers. 37. fallit, & c.

Ea ratione, iã relata mouentur, quod præsumptio fit pro ipso officiali, vt probat l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. & dicemus infra subsequenti libro, in præsump. 68. Mouetur etiam textu d. l. vlt. C. vbi de crimi. agi oportet, vbi, sufficiens instructio requiritur contra officiales. Huc pertinet, quod egregiè docuit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. quæst. 10. ff. de offic. procons. & legat. cū dixit, quod contra ꝑ officiales requirantur probationes multum euidentes. & Baldum secutus est Gramm. in conf. 35. num. 36. in criminalib. qui & Paridem Puteum recentet. Idè Gramm. in conf. 54. num. 5. & Aegidius Bossius in tract. causarum criminal. in tit. de officiali. corruptis pecunia. num. 14. Verum ab Angelo dissentiunt Marian. Socin. Sen. in c. vlt. nu. 27. de iureiur. & alij nonnulli, quos recentet Caccialup. in l. admonendi, nu. 139. ff. de iureiur. Scribunt ij deferri posse iuramentum, modò cætera requisita cõcurrat. Nec vrget relata ratio præsumptionis, cum verum non sit, pro eo esse semper præsumptionem, & d. l. vlt. C. vbi de crimine agi oportet, non probat, cum solum dicat, quod in loco administrationis facilis inuenitur sufficiens instructio. Has opiniones rectè conciliat Caccialup. in d. l. admonendi, nu. 140. Aut agitur contra magistratum, & officialem, ob aliquod factum, pro quo est præsumptio, iuxta d. l. 2. C. de offic. ciuil. iud. & tunc non est locus ipsi iuramento. ita procedat opinio Angeli, & sequacium. Aut agitur ob aliquid factum, quod præsumptionem non habet, & tunc si cætera requisita concurrunt, locus est huic iuramento. ita procedat opinio Socini, & aliorum. Alia etiam cõciliatio sumi potest ex traditione Bossij loco supracitato, quod aut criminaliter agitur, & tunc non sufficiunt præsumptiones, & consequenter, nec iuramentum suppletivum deferri potest, aut ciuilitè, & tunc cum præsumptiones sufficiant, ita & iuramento locus esse poterit. Illa tamè Caccialupi cõciliatio mihi magis probatur. Hinc etiam docuit Bald. in l. 1. C. qui aduersus quos, quod vbi agitur de probando dolo ꝑ alicuius, non deferretur iuramentum in supplementum probationum, cum dolus non presumatur. Baldum secuti sunt Ptolomæus in d. l. admonendi, num. 48. vers. 41. fallit. de iureiur. & ibidem Ias. in repet. num. 295. vers. 3. fallentia. & respondit Crauer. in conf. 287. col. 6. vers. & licet.

Hinc etiam scribit idem Iason in d. reper. l. admonendi, num. 295. vers. 4. fallentia, quod quando agitur de probando errore notarij, & notarius attestatur de ipso errore, non deferretur iuramentum in supplementum, quia repugnat præsumptio scripture, quæ legitur sine errore scripta, ita Bal. in l. imperator. ff. de stat. hom. & dicemus infra lib. 5. & præsump. 56. vbi differemus de præsumptione